

enti agetur. nam et tot in dominos
cogetur habere: quotquot ei fuerint
et familiares et noti: quibus erit ne spō
te pariturus. cuius glorie pgrauem ca
uebim? seruitutez: si celestis illi? et ve
re: capiemur amore. nā quēadmoduz
is qui feminam quāpiā adamarit: alia
vifa que pulcritudine priorē excedat
illa intermissa: hanc deperibit: sic ter
rene glorie sectatores: vt primuz diu
na illuxerit: eā facile contēnent. Spe
ctanda itaqz erit celestis illa et diligen
tissime imbibenda: vt illius admirati
decorē: hui? cauere possim? turpitu
dinem: sic perpetuis freti delicijs plu
rima voluprate potiemur.

Gratitudinē hēam? ad deū corde
ore et opere **Sermo vii.**

O Ratē sunt p nos deo haben
de: qñ cū his qui salui sunt fa
cti et ipsi annumeremur: et eaz
quā ex nostre vite actionibus haud q
qz: esse mus salutē emeriti dei sum? mu
nere singulari consecuti. Idcirco vt
gratias illi reddam?: non solum hīs
verū erit et opere enitenduz: poterit
qz tū vera quedam gratitudo dici: si
nostris ex actibus de?: laudez psequa
tur: cauerim? qz ne in eadem illa recū
dam?: que ante improbata euasimus.
nā si ipi forte impatorem aliquē fueri
mus cōuitio et probis insectariis qz
nos contra: pro pena emerita: honori
bus auxerit: nonne et merito supplicia
prioribus acriora essent ferēda: si rur
sum quēadmodum ingratitude et
procacitatis conuicti: eūdem cōuitijs
incesserim? Neqz enim adeo nos pri
or illa in princepez illata contumelia:
qz que post susceptos honores et cō
moda: ungesta iniuria: ingratos argue
ret. Quocirca fugienda erunt quibus
ante hac liberati fuerim? discrimina.
neqz ore duntaxat sunt gratie deo ha

bende: ne forte de nobis illud pronun
tietur. Populus iste labijs me hono
rat: corde aut longe a me abest. Verū
quo pacto non absurduz illud videri
debet: cum et celi ipsi dei gloriā predi
cent: ipse ho cui? ob gratiaz sunt illi ef
fecta te gesseris: vt tui et fictor et
creator deus: te propter male plerum
qz audiat: cui sceleri non solum q ma
ledixerit erit obnoxius. veruz et ipse
qui maledicendi causaz dederis fores
pena multandus: vt qz et celi: etsi nō
magis taciti: deū laudib? prosequunt:
q eius celesti facie ad diuina preconia
mortales inuitāt. dicuntur tamen deo
laudem pronounciare. sic et qui vitam
duxerint puriorem: vel ore silenti dei
um extollere videbuntur: qñ sui quod
dam exemplo: et reliquos homines:
eundem vt laudibus efferant pellicia
unt. Siquidem deus non tantum ad
mirationis et laudis: ex celesti hac for
mata machina vendicet: quantumz glo
rie sibi ex optimis vite huius huma
ne actionibus comparat. quippe cū de
fide aduersus gentes oritur discepta
tio: nullū celū: qñ homines ipsos pro
ferimus: qui cum antea fuissent feris
bestijs truciores: angeloz: sint diuīo
īpulsu: imitatores effecti: qua vite im
mutatione producta: confestim illis
ora occludimus: eo magis. cum homo
sit celo prestantior: liceat qz ei animuz
parere celesti quouis splendore micā
torem. celum enim etsi tam diu sit ad
visum expositum: non eam habet per
suadendi vim: quam Paulus est taz
breui christi fidez vulgando assecut?
vt ad se terrarum orbem traheret vni
uersum: cuius et anima vl? celo digna
est habita: cuz nostra nec terra dignā
da sit: cunqz et celum suis terminis ps
stet: huius tamen animi celsitudo vel
celum superans christo obuersat tan
tum qz decore prestat. vt vel diuina

sic laude dignatus. Item et angeli cum
 essent creati: astra sunt ipsa et stellas
 demirati. huc vero quod ille protulit. **E**las
 mihi electionis est iste: mirandus esse
 cit. celum praeterea hoc: nebulae plerumque
 quae obducunt: at Pauli animus nulla
 unquam rerum obrexit angustia: quin ad
 uersantibus cunctis tranquillior qua
 nis meridiana luce videbatur: eamque
 animi constantiam et nitorem: in tur
 bida tempestate seruabat: quam in sereno
 seruassit. siquidem sol qui in eo fulge
 bat: nec tam infirmos radios emitte
 bat: ut ex molestiarum concursu hunc
 sineret obumbrari: qui capropter ma
 gis ac magis clarescebat. unde respon
 sum illi est. Sufficit tibi gratia mea:
 virtus enim in infirmitate perficitur.
Imitemur itaque et ipsi Paulus. non
 enim. modo id libeat. celum ipsum et
 sol vel orbis uniuersus alicuius esse
 momenti apparebunt: si nobiscum con
 ferantur. hec quippe nostri sunt gratia
 effecta: nec ipsi sumus illorum causa
 creati. Idcirco ostendamus non imme
 rito cuncta haec extitisse nostri contem
 platione edita: quorum si nec creatio
 nem: nec celeste videbimur emeruisse
 imperium: nec solem ipsum intueri.
His proculdubio indigni erunt: quot
 quot in dei contumeliam vixerint. er
 go rebus ad dei laudem enuntianda
 creatis: indigne fruuntur: qui fuerint
 in opificem rerum contumeliosi. siqui
 dem et filius si patrem lacessit: ne dis
 gnus quidem iudicabitur: qui seruis
 anteponatur in dispensando non im
 probis. cur illud? quoniam creata hec
 cum plurima sint gloria potitura: nos
 supplicia et tormenta merebimur. quoniam
 te igitur illud erumne fuerit: cum ea
 que ad nostri sunt gratiam condita: et
 dei filiorum et libertatis figuram pre
 se ferant: nos vero in dei liberos et ha
 bitos et creatos pro ignavia quadam

iri perditum per quos reliqua que fu
 erint creata: celestem sint beatitudinem
 habitura. Ne igitur illud eueniat a
 nobis: qui animo fuerimus purior:
 curandum erit: uti idem ille suo statu
 persitet integer et immotus: angeatur
 quae splendore: et lumine illustretur. nec
 nobis tamen desperandum: si illum si
 mus sordidum et squalentem sortiti:
 quando ut ille inquit. Si fuerint deli
 cta vestra ut coccinum rubentia: quae
 admodum niuem dealbabo. si rubra in
 vellere speciem: candida reddam. Nil
 itaque erit de diuinis sollicitationibus
 hesitandum. quin ita viuendum ut pel
 lecte in commodum cedant: cui sunt
 grauius pleraque commissa. Quorum
 haec: nondum tibi paratum spectaculu
 lum dimissum est: nondum vallum ex
 cessisti et fossas: licet adhuc extreme
 palestre victoria: priorum certaminum
 damna sarcire. nondum eo peruentus
 est ubi et diues ille cruciatur: ut audi
 re queas: chaos nos inter esse immen
 sum: nondum sponsus aduenit. ut ole
 us quis vereatur impartiri. datur ad
 huc illud emendi et seruandi facultas:
 nondum quispiam est qui id dixerit.
Ne forte nobis et vobis sit haud sa
 tis. extant enim adhuc opulenti com
 plures: supersunt nudi: famelici: vali
 tudinarij et carceris incole. hos ale: il
 los induto: iacentis et egroti curam
 suscipito: fluet hoc pacto et tibi oleum:
 quibusuis fontibus uberior. nondum
 rationis reddende aduenit dies: vte
 re hoc ad oportunitatem tempore: pre
 cide debita: ac missa facito: debenti quae
 olei cados centum dicito. Accipe li
 brum et quinquaginta inscribere. itidem
 tum in re pecuniaria: tum dictis factis
 quae tuis et reliquis actionibus egeris
 velim: optimum illum dispensatorem
 imitatus. eadem haec ut te ipsum: sic
 et necessarios sanguine quae conuictos
 B iij

commonefacito: dum loquendi facultas supererit: dum nulli sint in tui locū necessitate aliqua: ut id exequantur: surrogandi: dum habes ut tibi sic et ceteris: consulendi arbitrium. Quippe cum illo adueneris: neutrum horum facere commode licebit. et merito quidem. qui enim tantum temporis spatium acceperis: nec tibi interea: nec alteri cuique profueris: quo pacto cum fuerit in iudicis manus peruentum consequi istiusmodi gratiam quaueris? **Quæ** omnia cum in unum contulerimus: enixius erit nostre salutis inherendum: neque vite huius oportunitas intermittenda. **Possunt** inquam possunt vel in ipso ultimo spiritus efflatu: gratie deo haberi: licebitque etiam non pari facilitate: ex testamento cum deo in gratiam redire. **Dicet** quispiam. quoniam id pacto fiet? fiet quidem: si christum tuis heredibus coheredem ascripseris: et portionem illi hereditatis totius imperties: quem etiam uiuens non alueris: moriens saltem et tuo aliquid illi relinquo: vel tum maxime: cum desinit tue esse dittonis. que possides. nam ut est ille natura clementissimus: nec paruo per te oblata pensabit: quousque qui eum uiuens aluerit: et meritis maioribus: et amore ampliore: sit dignus. quod si non egeris: saltem quod reliquum est aggredere: eundem scilicet tuis facito coheredem: vel si id facere pigebit: animaduerte hinc te per eius genitorem: hereditatis effectum esse participem: eo quod in humanitatem hanc tuam et seuitiam perdatam censebis. qua enim ipse fueris ratione excusandus. si cum ad hereditatis cum filiis una non admiseris communicationem: qui tibi et celos communicauerit: qui mortem tui ob causam non obligatus: sed gratiam facturus: subierit: pro quibus suis immen-

sis in te beneficiis: magnum es illi in modum obnoxius. **Hec** cum ita se habeant: non ut debitum exacturus corona te et palma. donabit: sed ut munus a te aut gratiam suscipitur. **Prebe** itaque illi abunde pecunias: nec usus tibi futuras in posterum neque ultra in tua potestate permansuras: ut tibi imperium largiatur perpetuo ualiturum: et donet item presentibus his fortune bonis. **Proinde** coheres per te constitutus: et liberorum leuabit orbitatem: insidias soluet: et molestias propulsabit: et calumniantium ora occludet: quodque vel filij nequeunt testamentum tutabitur: corrumpique haud sinet: vel si permiserit: que fuerint per te ex scripto relicta propriis facultatibus compensabit liberalitate summa et munificentia: eo magis: si fuerit per te huiusmodi honore dignatus: ut heres ascriberetur. **Conscribe** itaque hunc coheredem: is enim est: cum se adieris omnium que uiuens gesseris: causam cogniturus. **Eo** accedit quod hominum plerique: miseri quidem et calamitosi: cum nullos susceperint liberos id tamen facere nec patiuntur: quin parasitis malit: assentatoribus: huic illi ue: eorum fortunas: que christo optime de se merenti: impartiri. quo quid fieri potest a recto magis alienum? **Cuiusmodi** homines: siue cum beluis siue cum lapidibus ipsis contulerit quispiam: nihil profecto affert: quod horum hominum secordia sit et insensibilitate dignus: neque quis rerum similitudine istorum quauerit uesaniam et furias explicare. **Quam** igitur hi veniam assequantur: qui cum in humanis agerent: nullam christo alimoniam dederint: nec demum uitæ excessuri: ex his pecuniis quarum nulla est eis amplius certa aut futura possessio: aliquid uelint illi uel tenuerit

per exiguum dono deferre: quin adeo
 le malivole in eum et hostiliter gerit:
 ut ne ea quidem que nulli sunt sibi
 vni obventura: christo impartiantur?
 Num haud quaquam advertis ple-
 rosque hominum: ne tali quidem fuisse
 vivendi sine dignatos: quin repenti
 morbo correpti excessisse e vita: cum
 tibi deus et propinquis consulendi:
 et propalandi fortunas: domui etiam
 vniuersae disponendi: facultatem con-
 cesserit? Quam ergo afferes: que pur-
 gare hanc tuam possit pertinaciam
 rationem? siquidem pro accepta gra-
 tia dei sis beneficio abusus: longo que
 absis intervallo: tum tua: tum maio-
 rum tuorum fide. illi enim dum viue-
 rent que per se cuncta venissent: ad
 pedes apostolorum conferebant. tu
 vero vel moriens: tuarum rerum par-
 te egenis demanda. id que si facere ne-
 glexeris: tamen si aliene inopie suble-
 uatio: potior sit: dum spiritus hos re-
 git artus: et fidentiorum facit: morti
 tamen proximus: eade aliquid: quod
 animi preferat magnitudinem: amo-
 ris que erga deum: et si non immensi:
 mediocri tamen: in dicio sit futurus.
 Ita fiet que si primas non fueris cum
 agnis sedes habiturus: non parui pose-
 sit existimari: si post eos secundas ob-
 tinueris: nec tibi sit ad sinistram cum
 hedis commorandum. Quae si ne id qui-
 dem erit per te peractus: qua poteris
 ratione excusari: quando nec dei timor:
 neque inutilis et superuacanea: pecuni-
 arum futura possessio: neque liberis re-
 linquenda securitas: neque ampla illa et
 opposita tibi et seruata venia: reddere
 te humanum queant? Quas ob res
 vos equidem hortari velim: ut ves-
 tras hasce facultates: et bona: maiorem
 in partem dum auram hanc spiratis:
 facere que id vivendo licet egentibus
 relinquatis. que si fuerint nonnulli adeo

pufillo animo: et abiecto: qui exequi
 id optimum facinus minime patiantur.
 in re tamen vigente: et vite discrimi-
 ne: pietatem seruent. eo magis que cum
 vitam hanc ducerent: non secus atque
 immortales futuri his bonis fortune
 inherebant. nunc vero certiores facti:
 ea fuisse se conditione natos ut mori
 antur: desinant id opinari: consulat que
 rei sue: uti mortales. Ipse vero et si
 graue tibi illud horribile que videbitur:
 quod sum dicturus. dicendum est ta-
 men: parem facito vel tuis christum
 mancipijs: que ut per te nonnunquam li-
 bertate donantur: ita et is in media erit:
 vinculis: inopia: et nuditate: soluen-
 dus. Contremisti id forte audies: vel
 hisce percussus es verbis: quin potius
 us si ea non egeris: magis erit contre-
 miscendum. siquidem moriens illo con-
 cesseris: vbi et grauiora his multo ex-
 audies: et insanabilia tormenta specta-
 bis. Quid tum inquires? ad quem con-
 fugies? quem tibi in auxilium ut opem
 ferat deposces? num Abraam? Non
 te audiet. nunc virgines illas? ne hec
 dem olei tibi quicquam impartient. num
 genitorem? num proavos? non certe
 quiuerit horum quispiam: vel si sancti-
 monia prester: latam in te sententiam
 soluere. Que omnia tecum animo res-
 putati: ille et solus precandus erit et
 exorandus: qui et scriptam in te dele-
 re damnationem potest: et incendium
 restinguere. quod proculdubio assequeris.
 si inopem continuo et alimonia in-
 ueris et amictu. ita fiet: ut hinc spei
 plenus abscedas: et illo profectus bo-
 nis futuris potiaris.

Cum in progenitorum nostrorum vir-
 tutibus fidamus neque de eorum vitijs
 trepidemus